

6309 epistylum longum ped. 45 unc. 5, altum ped. circ. 3, lat ped. 2 unc. 2 GORI. Terracinae CITTAD. et COD. TABVLARI VATICANI. — *Architrave di porta hoggi fra i marmi della cappella di S. Lorenzo in Firenze, referens inter inscriptiones 'che sono in Firenze venute di Roma e d'altrove fuori del dominio Fiorentino' STROZZA.* Fuisse Florentiae in museo publico ante a. 1676 intellegitur ex INVENTARIO eius confecto inter a. 1668 et 1676, quod nobis excerptis Kieseritzky. Est ibidem adhuc inter cl. VII et VIII. — 'Serenissimus Ferdinandus [II] Etruriae princeps [1621—1670] ex Urbe veteri [intellegitur Orvieto urbs, non Civita vecchia, ut visum est Marinio Arv. p. 78], ubi inventum atque erutum fuerat, magno pretio redemptum Florentiam advehi iussit' GORI errore.

ti CAESARI · DIVI · AVG · F · AVG VSTO
M · IVNIVS · C · F · GAL · PROCVLVS · PRAEF · EQVIT · DVI · AVG · FAB · SVA · PEC · FECit
POMPEIA · Q · F · TREBVLLA · TESTAMENTO · SVO · EX · HS · C · REFICI · IVSSIT ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !

Descripsit Bormann. Refertur in schedis tabularii Vaticani saec. XVI incipientis (cod. 97 f. 214 Politicorum arm. 2) una cum Tarracinensi n. 6318 et Ardeatina viae Severiana, eodemque exemplo apud Cittadinum cod. Marc. p. 78, cod. Vat. 5253 f. 174'. Florentiae descriptam proponunt Car. Strozza in cod. autographo (adservato hodie Florentiae in bibliotheca musei) f. 87 (ab eo pendent Reinesius 3, 2 ex schedis Lindenbrogianis et Gudius ms. 857, 6, ed. ind. p. XLVI), Gori inser. Etr. 1, 306, catalogi musei tam scripti quam editus a Lanza *la real galleria di Firenze* (Florentiae 1782) p. 82.

Dubitabat Bormannus, num supra versum qui hodie primus est alias erasus esset, ut erasa est extrema pars tertii. — Varia lectio cod. tabularii et Citt. haec est: 1 IMP·CAESARI tab. Citt. — F] FI Citt. (Marc.). — 2 C·F] M·F Citt. (Vat.). — EQVI Citt. (Marc.). — PEC·FEC] PEQ tab. Citt. — 3 TRESVLLA tab. Citt. (Marc.), TRESVLL Citt. (Vat.). — TESTAMETO Citt.

Liviae consecrationem qui titulum posuit videtur anticipasse; legitime enim inter deos relata est imperante demum Claudio, cum ut statim post mortem consecraretur multi frustra a principe petissent. Possis item conicere titulum post mortem positum, post consecrationem restitutum hoc tempore ita mutatum esse, ut Iulia Augusta fieret diva Augusta. Sed illud magis placet. — *Praefectus equitum divi Augusti, fabrum a consueto sermone tam adiectione imperatoris recedit quam praefecti vocabulo secundo loco non repetito.*

6310 basis magna. Terracinae rep. m. Oct. a. 1846 inter rudera supra pavimentum id in quo legitur n. 6306 MATR. Hodie in claustro S. Salvatoris *alla marina*.

vir sceptrum tenens cui aquila insidet	vir togatus humilioris figurae	PROVIDENTIAE IMP · CAESARIS NERVAE TRAIANI · AVG VSTI GERMANICI · 5 EX · S · C ·	vir togatus puerum togatum manu tenens
---	--------------------------------------	--	--

Recognovi descriptam a fratre Tychone et Carolo Prien (ab iisdem Henzen 5822). Matranga *città di Lamo* p. 158.

6311 litteris magnis. Terracinae apud Antonellum.

cos II pp
tarriene N S E

Descripsi.

6312 inter Terracinenses.

a u i a n i u s
VINDICIANVS
V · C · CONS · CAMP
HERMAS · VI
ignis consumptas
restituit

Giovenazzi cod. Vat. 9144 f. 107 hiatibus non indicatis.

6313 in postica litteris melioribus scriptum titulum vide n. 6334.

in antica litteris pravis:
AVIANIVS
VINDICIANVS
V C CONS CAMP
STATVAS AD Grna
5 TVM CIVITATIS tAr
RACINENSIS //
CONSTI // / /
LVA // IV /

Descripsi. Qui ediderint, invenies ad n. 6334.

Avianius Vindicianus consularis Campaniae redit in Puteolana n. 1683. Potest esse Vindicianus is ad quem vicarium extat rescriptum imp. Gratiani a. 378 (C. Th. 10, 19, 9).

6314 in tegula litteris eminentibus solito more signaculo impressis, quae speciem prae se ferunt temporis extremi liberae rei publicae. Prope Terracinam rep., hodie Romae apud Institutum Gallicum.

cn. do MITIVS · MF cos. 701.711?
e ALVINVS
co VONEIS · DEDIT

Ectypum misit Dressel. De la Blanchère apud Descemet *marques de brique de la gens Domitia* (1880) p. VII (cf. p. XXVI).

6315 Terracinae in domo Antonelli.

FARINVS · PROC · F · P · S · V · F · C

Descripsi.

Prima littera T potius fuit quam C. — Procuratoris officium quae determinant litterae singulares quid significant, nescio.

6316 Terracinae FERR. — Sine loco SIED.

M · FAVONIO · M · F
LEG
POPVL · AGRIGENT

1 in. L pro M Mur. — M·F om. Sab. Sied.

Probabile est intellegi amicum Catonis, qui legatione suscepta in Siciliam aliquo modo de populo Agrigentino bene merere potuit. Legatus nude redit in titulis aetatis liberae rei publicae Delphico vol. I n. 562 = vol. III n. 566 (cf. Eph. ep. IV p. 54) et Issensi vol. I n. 603 = vol. III n. 3078. Tarracinae statua cum posita sit, Favonium inde oriundum esse verisimile est.

6317 basis magna litteris bonis. Terracinae in portu.

c · IVLIO
TRIB
NIC
AES
5 TARRIC
DEC
PATRONO

Visconti cod. Paris. Lat. 9697 f. 45' et diverse f. 24.

1 c. om. 24. — 2. 3. 4 om. 45. — Hiatus notam addidi.

LXXXII. FORMIAE (p. 602. 984).

ad n. 6081. Legitur in itinerario a. 1574 (v. n. 8388) cum praescriptione hac: *Molo proche de l'hostellerie en une grosse pierre destournant un coin.* — 7 CRISPINILIA itin.

ad n. 6090. Legitur inter Cyriacana Petri Donati (cod. Hamilton. n. 254) f. 68 sub praescriptione 'in eodem loco'; praecedet Campana X, 3859
loco non adscripto. Varia lectio haec est: 1 IVLIO — C·F om. — 3 CON·TR·MIL — 3 ET] EX — 9 IMPENDIVM — 15 STERNINIVS — L·LIB]L·B
— PARTHINOPAEVS — 16 INCOPARABILI

ad n. 6178. 4 pro SV^e scr. SV^o.

ad n. 6186. 2 scr. HS pro H^r.

LXXXIII. FVNDI (p. 617).

ad n. 6250. Novit iam Ligorius collocans Terracinae et interpolavit, quod exemplum rettulimus n. 6353.

ad n. 6222. Referenda est inter miliaria; v. n. 8419.

LXXXIV. TARRACINA (p. 623. 984).

ad n. 6309. Refert Balth. Peruzzi (1481—1536) in tabula musei publici Florentini n. 404 adscribens marmoribus duobus in eodem foliolo pictis alteri in *Tarracina*, alteri in *Terracina in casa di Cola Abbottato passata la piazza*. Varia lectio haec est: 1 IMP·CAESARI — 2 FEC om. Mirum est apud eum quoque redire vocabulum IMP possisque adeo suspicari Tiberio hic praeter legem imperatoris praenomen datum esse, id quod non pari, sed simili ratione factum est in miliario Africano vol. VIII n. 10018, ubi vide adnotata.

ad n. 6310. Monet Blancherius in latere dextro non puerum cerni, sed puellam, recte iudicans statuam positam esse propter alimenta a Traiano instituta.

ad n. 6313. 8 legi CVRAVIT monuit Blancherius, confirmavit Dressel.

ad n. 6314. Vide p. 998 add. ad n. 8043 1.

ad n. 6320. 1 fin. in lapide cerni A: monet Blancherius.

ad n. 6322. Donius ms. Neap. p. 112 legit 2 QVIRI . . . ONI.

ad n. 6329. Recognovit nuper de la Blanchère. Litterae altae sunt cent. 15, aetatis Traianae vel Hadrianae.

ad n. 6343. 2 verum esse A·E, se errasse scribit Blancherius.

ad n. 6344. 4 EVENTIVS legit Blanchère, idque videtur verum esse.

ad n. 6351 cum add. 5 in lapide cerni FIL·FECER monet Blanchère.

ad n. 6353. Dele; est Fundana n. 6250 a Ligorio et transposita et interpolata.

ad n. 6373. Donius cod. Neap. p. 432, 2. Pro Salviani lege Silviani.

ad n. 6381. Vedit Blancherius.

ad n. 6384. 5 'scr. EPAPRHA' Blanchère.

ad n. 6389. Donius cod. Neap. p. 432, 3.

8395 Terracinae in scalis quae pone ecclesiam cathedralem ducunt ad forum parvum.

V / I S 1 - / /
A V X C
D · D · L · M /
T I L I V S · H P E I
5 / / / / / /

ad n. 6391. Blancherius except sic pleniorem:

IT · SIBI · ET · MA
SSIMAE · ET
E SECVNDAE
5 LIBERTISQ
MONVMENTVM
ECIT

ad n. 6393. Donius cod. Neap. p. 350, 10. Emenda 2 COIVG.

ad n. 6398. Addit in principio D M Blancherius legitique 7 LA dubitans.

ad n. 6405. Donius cod. Neap. p. 432, 4.

ad n. 6420. Extat adhuc ibidem *dans le baldaquin de gauche* exceptique ibi Blancherius integrum fere sic:

LICINEIA TERTVLLINIA
VIXIT IN PACE ANN LI
AMELIUS CONIVGI INNOC
DP · DIE · VI · MNSI · IVNII
⊕ CONS · AMANTI ET albini p. C. 345

Haec si recte descripta est et si incisa est eo quem enuntiat anno, numerationis dierum per mensem totum secundum fortasse exemplum (cf. vol. V n. 6377) suppeditat quod septimum saeculum praecedat.

ad n. 8262. Dele; refertur suo loco n. 6487.

ad n. 8281. Dele; refertur melius et plenius supra n. 6352. Monuit ipse Blancherius.

ad n. 8282. Blancherius legit 3. 4 sic: SETNC | NESTC.

ad n. 8284—8286. Blancherius ectypa misit et trium horum lapidum et eiusdem monumenti quarti murati ibidem, quem apparebat olim collatum fuisse ante n. 8285. Litterae altae sunt n. 8284 v. 1 et n. 8286 cent. c. 8, n. 8284 v. 2 et 4 cent. c. 3, v. 3 cent. 4, n. 8285 quartique cent. c. 6. Ex his duobus efficiuntur infra scripta:

LONG·LATER | SINISTRO·P·CDXXXX

Descripsit de la Blanchère. Is vir doctus, cui rerum Tarracinensium vetusta memoria quantum debeat, multifariam hae paginae enuntiant, quidquid collegit quod faceret ad supellectilem epigraphicam Tarracinensem emendandam augendamve, liberaliter mecum communicavit.

4 'fortasse Isidi' Blancherius.